



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum idolatria sit peccatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



rior, ideo in hoc dicto, scilicet, infidelitas exterior uoluntaria includitur interior uoluntatis actus infidelitatis. Ac per hoc uoluntarie negans Christum solo uerbo, non solum extra, sed etiam intus est quodammodo infidelis, quauis absolute non sit intus infidelis.

¶ Ad secundum dicitur, quod dicens, cognoscendo quod dicit, uerba contra fidem ferio, proculdubio est excommunicatus, ut dictum est. Dicens autem ioco, excommunicatus non est, quia non dicit illa uerba, ut sunt uerba infidelitatis, grauisime tamen peccat.

¶ Super quaest. nonagesimam quartam articulum secundum et tertium.

IN art. 2. & tertium simul q. eisdem 94. dubia duo occurrunt. Alterum de comparatione idolatrie exterioris tantum uoluntarie ad infidelitatem. Alterum, de comparatione idolatrie ad omnia alia crimina. Est autem ratio primi dubii, quia uidetur quod infidelitas interior sit peccatum grauius quam mendacium perniciosum, quo quis non ex animo colit idola, ut Seneca, aut Marcellinus.

In oppositum autem est autoritas Augustini in litera secundae articuli allata, dicentis de Seneca, quod eo damnabilis colebat idola, quo illa, quae mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus ueraciter agere existimaret. Et in litera tertii articuli in responsione ad primum dicitur, quod infidelitatem grauius esse peccatum arguebat, defendendo contrarium. Si uero sit exterior tantum idolatria absque interiori infidelitate additur culpa falsitatis, quasi culpa falsitatis aequetur infidelitati interiori.

¶ Secundi autem dubii ratio est, quia odium Dei ex genere suo est grauius

trianiuoce dicitur, secundum hoc, quod pertinet ad ueram religionem, & secundum quod pertinet ad idolatriam. Sicut solutio tributi uniuoce dicitur siue exhibeatur uero regi, siue falso. Alio modo accipitur latría prout est idem religioni: & sic cum sit uirtus, de ratione eius est quod cultus diuinitus exhibeatur ei, cui debet exhiberi, & secundum hoc latría aequiuoce dicitur de latría uere religionis, & de idolatria. Sicut prudentia aequiuoce dicitur de prudentia quae est uirtus, & de prudentia quae est carnis.

AD TERTIUM dicendum, quod Apostolus intelligit idola nihil esse in mundo, quia imagines illae, quae idola dicebantur, non erant animatae, aut aliquam uirtutem diuinitatis habentes, sicut Hermes ponebat, quasi esset aliquid compositum ex spiritu & corpore. Et similiter intelligendum est, quod idolis non est aliquid immolatum, quia per huiusmodi immolationem carnes immolatiuae aliquam sanctificationem non consequantur, ut Gentiles putabant: neque aliquam immunditiam, ut putabant Iudaei.

AD III. dicendum, quod ex consuetudine, qua creaturas quascunque colebant Gentiles sub quibusdam imaginibus, impositum est hoc nomen idolatria, ad significandum quaecunque cultu creaturae, et si sine imaginibus fieret.

ARTICVLVS II.

Utrum idolatria sit peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod idolatria non sit peccatum. Nihil enim est peccatum, quod uera fides in cultu Dei assumit: sed uera fides imagines quasdam assumit ad diuinum cultum. Nam & in tabernaculo erant imagines Cherubin ut legitur Exod. 25. & in Ecclesia quaedam imagines ponuntur, quas fideles adorant. ergo idolatria, secundum quam idola adorantur, non est peccatum.

¶ 12 Præterea. Cuilibet superiori est reuerentia exhibenda. sed angeli, & animae sanctorum sunt nobis superiores. ergo si eis exhibeatur reuerentia per aliquem cultum uel sacrificiorum, uel aliquorum huiusmodi, non erit peccatum.

¶ 3 Præterea. Summus Deus interiori cultu mentis est colendus, secundum illud Ioannis 4. Deum oportet adorare in spiritu & ueritate. Et Augustinus dicit in Enchiridionem, secuti sunt quidam haereticorum

quod Deo colitur fides, spe, & caritate: potest autem contingere quod aliquis exteriorius idola colat, interiorius tamen a uera fide non distat. ergo uidetur quod sine peccato dicio diuini cultus possit aliquis exteriorius idola colere.

SED CONTRA est, quod Exod. 20. dicitur. Non adorabis ea, scilicet exteriorius, neque coles, scilicet interiorius, ut glo. exponit & loquitur de sculptilibus, & imaginibus, ergo peccatum est idolis exterioriorem, uel interioriorem cultum exhibere.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc aliqui dupliciter errauerunt. Quidam enim putauerunt, quod offerre sacrificium, & alia ad latriam pertinentia, non solum summo Deo, sed etiam aliis imprædictis esset debitum, & per se bonum, eo quod culibet superiori naturae diuinam reuerentiam exhibendam putant, quasi Deo propinquiori: sed hoc irrationabiliter dicitur. Nam etsi omnes superiores reuereri debeamus, non tamen eadem reuerentia omnibus debetur, sed aliquid speciale summo Deo debetur, qui singulari ratione omnes excelsit: & hoc est latriæ cultus. Nec potest dici, sicut quidam putauerunt, hæc uerbilia sacrificia diis alii congruere, illi uero summo Deo tamquam meliori meliora. Iure mentis officia: quia ut Augustinus dicit in 10. de Ciuit. Dei. exteriora sacrificia ita sunt signa interiori, sicut uerba sonantia signa sunt rerum.

¶ I Quo circa sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus signifiantes uoces, cui tamen res ipsae in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non alterius uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam ei, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Alio uero estimauerunt latriæ cultum exterioriorem non esse idolis exhibendum tanquam per se bonum, aut opportunum, sed tanquam uulgari consuetudini conformem, ut Augustinus in 6. de Ciuitate Dei, introducit Senecam dicentem. Sic, inquit, adorabimus, ut non minuerimus huiusmodi cultum magis ad morem, quam ad tempore pertinere. Et in lib. de uera religione, Augustinus dicit, non esse religionem a philosophis querentibus, qui eadem sacra recipiebant cum populis, & de suorum Deorum natura, ac summo bono diuersas contrariasque sententias in se habebat. Et hunc etiam errorem secuti sunt quidam haereticorum

E. Contra e. 196.

Enchir. c. 3. 100. 3.



se est. Et propterea  
 auctores qui non mo-  
 vent questionem de  
 idolatria in respectu  
 ad ista, sed vnicuique  
 latet in respectu ad  
 omnia peccata, per-  
 tinet facile in re-  
 sponse ad primi  
 tantum articuli, mate-  
 riam istam tamquam  
 claram.

Ad obiectionem  
 autem in oppositum  
 dicitur quod aliud  
 est comparare pecca-  
 ta secundum sua ge-  
 nera, & aliud compa-  
 rare peccatum unius  
 generis ad summita-  
 tem alterius generis,  
 ut in argumento sic  
 comparando idola-  
 triam ad summum  
 odium Dei peccata, quo  
 quis vellet Deum to-  
 taliter non esse. Huius  
 enim summo oportet  
 e regione ponere  
 aliud summum, puta  
 idolatriam ex ra-  
 tione, & sic idola-  
 triam inueniretur gra-  
 uior.

Ad primum autem  
 dubium dicitur, quia  
 idolatria tantum ex-  
 terior est etiam pro-  
 portio infidelitatis,  
 & odii Dei, ideo re-  
 uinatur grauiorem sui  
 generis, ac per hoc  
 est grauior secundum  
 suum genus infideli-  
 tate, & odio Dei. Et  
 includit præter sui  
 generis grauiorem,  
 grauiorem menda-  
 ciam perniciosa: & pro-  
 pterea ab Aug. dimen-  
 sionabiliter dicitur, &  
 ab auctore sustinetur;  
 & non dicitur in li-  
 tere, quod tale menda-  
 cium adqueritur, aut  
 excodit infidelitatem  
 interioris, sed, ut di-  
 ctum est, declaratur  
 quod idolatria exte-  
 riori secundum se con-  
 ueniat, & presump-  
 tione infidelitatem in-  
 terius, ac per hoc  
 etiam si interior desit  
 infidelitas, exterior  
 tamen quam idola-  
 tria ex proprio gene-  
 re ex hoc, quod est  
 interioris infidelita-  
 tis prolelatio, ha-  
 bet non amittit. Cui  
 huiusmodi, quod  
 ex parte peccantis  
 grauius peccatum sit  
 deliberare inus ne-  
 gae fidem Christi,  
 & inus odio habe-  
 re Deum, quam vo-  
 luntate extra tan-  
 tum idola colere:  
 quoniam in pecca-  
 tis inus maior deor-  
 dinatio ipsius peccan-  
 tis inueniretur.

asserentes non esse periculosum, si quis persequens tempore deprehensus, exterius idola colat, dum tamen fidem in mente seruet; sed hoc apparet manifeste falsum. Nam cum exterior cultus sit signum interioris cultus, sicut est perniciosum mendacium, si quis verbis asserat contrarium eius, quod per veram fidem tenet in corde: ita etiam est perniciosum falsitas, si quis exterio rem cultum exhibeat alicui contra id, quod sentit in mente. Vnde Aug. dicit contra Senec. in 6. de ciuit. Dei: quod eo damnabilius colebat idola, quo illa quae mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus veraciter agere existimaret.

AD PRIMUM ergo, dicendum, quod neque in veteris legis tabernaculo, seu templo, neque etiam nunc, imagines in Ecclesia instituntur, ut eis cultus latræ exhibeatur, sed ad quandam significati- nem, ut per huiusmodi imagines mentibus hominum imprimatur & confirmetur fides de excellentia angelorum, & sanctorum: secus autem est de imagi- ne Christi, cui ratione diuinitatis latræ debet ut dicitur in Tertio.

AD II. & III. partem responsio per ea, quae dicta sunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum idolatria sit grauiusimum peccatorum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod idolatria non sit grauiusimum peccatorum. Pessimū enim opponitur optimo, ut dicitur 8. Ethic. sed cultus interior, qui consistit in fide, spe, & charitate, est melior, quam cultus exterior, ergo infidelitas, desperatio, & odium Dei, quae opponuntur cultui interiori, sunt grauiora peccata, quam idolatria, quae opponitur cultui exteriori.

¶ 2. Præter. Tantū aliquod peccatū grauius est, quāto magis est contra Deum: sed directius aliquis videtur contra Deum agere blasphemando, vel fidem impugnādo, quā cultum Dei alij exhibendo, quod pertinet ad idolatriam. ergo blasphemia, vel impugnatio fidei, est grauius peccatum, quā idolatria.

¶ 3. Præter. Minora mala maioribus malis puniri vidētur: sed peccatum idolatriæ punitum est peccato contra naturā, ut dicitur ad Rom. 1. ergo peccatū contra naturā est grauius peccatum idolatriæ.

¶ 4. Præter. Aug. dicit 20. contra Faust. Neque vos, scilicet Mani-

chaos, paganos dicimus, aut schisma paganorum, sed cum eis habere quandam similitudinē, eo quod multos colatis deos. Verum in hoc esse eis longe deteriores, quod illi ea colunt quae sunt, sed pro dijs colēda non sunt: vos autem ea colitis, quae omnino non sunt. ergo vitium haereticae prauitatis est grauius, quā idolatria.

¶ 5. Præter. Super illud ad Galat. 4. Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, dicit gloss. Hieron. Legis obseruantia, cui dediti tunc erant, erat peccatum penep seruituti idolorum, cui ante conuersionem vacauerant. non ergo peccatum idolatriæ est grauiusimum.

SED CONTRA est, quod Leuit. 15. super illud quod dicitur de immunditia mulieris patientis fluxum sanguinis, dicitur glo. Omne peccatum est immunditia animae, sed idolatria maxime.

RESPON. Dicendum, quod grauitas alicuius peccati potest attendi dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius peccati, & sic peccatum idolatriæ grauiusimum est. Sicut enim in terrena republica grauiusimum esse videtur, quod aliquis honorem regium alteri impendat, quā vero regi, quia quantum in se est, totum reipublica perturbat ordinem: ita in peccatis, quae contra Deum committuntur, quae tamen sunt maxima, grauiusimum esse videtur, quod aliquis honorem diuinum creature impendat: quia, quantum est in se, facit alium Deū in mundo, minuens principatum diuinum. Alio modo potest attendi grauitas peccati ex parte ipsius peccantis: sicut dicitur grauius esse peccatum eius qui peccat scienter, quā eius qui peccat ignoranter. Et secundum hoc nihil prohibet grauius peccare haeticos, qui scienter corrumpunt fidem quā acceperunt, quā idolatras ignoranter peccantes. Et similiter etiam aliqua alia peccata possunt esse maiora propter maiorem contemptum peccantis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod idolatria praesupponit interiorē infidelitatem, & adiecit exterius indebitum cultum. Si verō sit exterior tantum idolatria absque interiori infidelitate, additur culpa falsitatis, ut prius dictum est.

AD II. dicendum, quod idolatria includit magnā blasphemiam, in quātum Deo subtrahitur dominij singularitas, & fidem opere impugnat idolatria.

AD III. dicendum, quod quia de ratione poenae est, quod sit contra uoluntatē, peccatum per quod aliud punitur, oportet esse magis manifestum, ut ex hoc homo sibi ipsi, & alijs detestabilis reddatur. Non autem oportet, quod sit grauius: & secundū hoc, peccatum quod est contra naturam, minus est peccatum, quā idolatriæ: sed quia est manifestius, ponitur quasi conueniens poena peccati idolatriæ, ut scilicet, sicut homo per idolatriā peruertit ordinem diuini honoris: ita per peccatum contra naturam, propria naturae confusibilem peruersitatem patiatur.

AD IIII. dicendum, quod haeresis Menichaeorum, etiam quantum ad genus peccati, grauior est quā peccatum aliorum idolatrarum, quia magis derogant diuino honori, ponentes duos deos contrarios, & multa uana fabulosa de Deo fingentes: secus autem est de alijs haeticis, qui unum Deum confitentur, & eum solum colunt.

AD V. dicendum, quod obseruatio legis tempore gratiae non est omnino aequalis idolatriæ secundum genus peccati, sed pene aequalis: quia vtrumque est species pestiferae superstitionis.

Id habet in fine glof. in re: linearis, in hoc loco.

Glo. ordin. super illud Docebitis filios Israel ut caueant immunditias. D. 716.

Art. præce. d. 703. & 716.

